Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8319
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

miranda et xpus ut maiora operaretur venturus foret ut an
ipse esset qui venturus fuit vel xpus esset et tunc ageret ad opera
tionem miraculorum duos discipulos suos misit non ut ad eum qui eum
baptisabat cognovit dei filium sed ut ad patratorem miraculo
rum quem ignorabat scivit enim xpm in medio iudeorum esse
et nondum venisse ad notitiam quem ipse baptisavit sciens tamen
eum venturum post eum Unde cum nondum motivus esset et au
diret magna miracula fieri quia resuscitato adolescente vi
due filii naim fuit divulgata per universam iudeam et omnem
circa regionem et ipsum intimaverunt Johanni discipuli eius ut
dicitur Luce vii° Unde Johannes cum audisset illa opera xpi di
cit Mathei xi° misit discipulos suos duos ad dicendum Tu es qui venturus
es an alium exspectamus Sciens xpus Johannem non hesita
re de eo quem baptisavit sed de illo miraculorum perpetratore
quod motivum sustinavit ut Johanni ostenderet ex operibus se esse
illum quem in baptismo cognovit dei filium non respondit ad
verba interrogationis verbo sed ostensione factorum dicendo ite
renunciate Johanni que vidistis ceci vident claudi ambulant
surdi audiunt mortui resurgunt pauperes evangelisantur et beatus
qui non fuit scandalisatus in me Mathei xi° et Luce vii° quasi di
cit Johannes sciat aliquos alios prophetas fuisse cosse
cutos miraculorum gratias aut consequi posse tamen cum audiverit
plenum michi datum miraculorum et curationum potestatem in corpore
et intellectu cognoscet me esse illum quem ostendit plenitu
dine gratie here a quo omnes alii gratiam pro gratia receperunt et tunc
sciet me esse illum qui eo minuto et in carcere posito crescere
et ante eum factus prius ipsum venturus esse debet patet hic omnia
de me scripta tam per scripturas quam per precones peculiarissime sunt